

THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 40r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

plurima laudabilia in illo uide
bantur. Nam in horis pulsandis
competenter sollicitus in altaribus
et luminaribus et ceteris ~~pul~~
~~sandis hostiis~~ preparandis hosti
is strenuus ut debebatur. et in
ornamentis et edificiis ecclesie
conseruandis et augendis unice
commodus fuit. Iunioribus qui
busque blande affabilis erat. et
in claustrali necessitate benignus
consultor. sed ut post in fine pa
tuit. non hec tam sincere gere
bantur ab eo ut putabatur. Ph
dolor. Nullus in hac uita degens
quantumcumque profecerit in uir
tutibus ab hoste antiquo potest fie
ri securus. quia semper circuit
querens quem deuoret. cuius es
ca electi sunt. cui tanto quisque est
odiosior. quanto est sanctior. quem
iuuat potissimum. quorum est
potior casus. A quo sicut inter
angelos principium peccandi
admissum est in celo. ita gaudet
ruinis maxime illorum qui angeli
cam uitam proponunt agere in
claustro. sic seductus est ab eo sa
crista ille. Quid enim suis uiri
bus homo faciat. dum contra
principium uiarum domini. con
tra summum archangelum
puluis pugnat. Ille enim mi
ser sacrista corrupto per unum
crimen uasculo sue anime. aci
dum coram domino exhibebat
quicquid boni uidebatur agere.
Arrepta igitur oportunitate de

facilitate crebri exitus nam in
ecclesia iacebat. et quasi pro uti
litate cenobii subpeditabat ei
quotiens uoluisset exeundi licen
tia. et ex hac occasione in rure
uicino cum quadam muliercu
la fornicandi clanculo habebat
consuetudinem. Latebat autem
omnes hoc flagitium diebus mul
tis. abbatem precipue ac mona
chorum conuentum. quibus uel co
gitare de illo tale aliquid scelus
uidebatur per magnum. tan
tam in eo frugalitatem. tantam
pensabant in moribus honesta
tem. At profecto uerum est quod
de fama dicitur. Ipsa quid in ce
lo rerum quid pelago geratur
et tellure uidet. totumque inqui
rit orbem mixtaque cum ueris
passim commenta uagantur mi
lia rumorum. Ecce namque cum
frater ille magne a toto conuen
tu estimationis haberetur. aui
li plebecula undique foris canta
batur. Et cum miser ille ne
minem crederet sui criminis
conscium. preter solam peccati
eiusdem consortem. fama illa
portentuosa publice rem diuul
gabat omnem. Crescunt in dies
de monacho rumusculi dubii.
susurrii. auctores et semper au
ditis aliquid noui adiecit auc
tor. atque ut uilibus homuncu
lis uitioque nature maliuolis
magne tripudio est latenter bo
nos ledere. occulte bonorum